



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Patriarcha.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Cetera statuta poenalia, obligantia in conscientia, etiam laicos, dicitur animarum, ita summus Pontifex in toto orbe, quia totum orbem habet pro diocesi, c. cuncta per mundum, i. & 2. 9. q. 3. Gom. in c. 1. n. 34. de constitut. l. 6. præterea, quia facit unum consistorium cum Deo, idem ibid. n. 38. sicut Vicarius in suo Episcopo, Clem. Et si generalis, de reso. c. 2. de consuet. lib. 8. & est Vicarius Dei, Archid. in c. fundamenta, de elect. lib. 6. appellatur Imperator, Ioan. And. in c. per venerabilem, qui fil. sibi leg. dicitur Rex, tex. in cap. cum inter universas, in f. de elect. Gom. in q. 21. de inscr. resign. & omnes mortales sunt subditi Papæ, Iudic. in cap. 1. de constitut. Gom. q. 3. & ibid. & omnes laici ratione animæ subjiciuntur Canonibus & præceptis Papæ, & novit. de judic. Doct. in c. 1. & in c. nam concupiscentia, de constitut. Imperator verò non sic, quia recipit potestatem à populo, Papa verò à Deo, ergo Imperator, & alii domini temporales solùm possunt ligare subditos suos, Papa autem omnes, Gom. ut c. ut animarum, in §. statuto, n. 4. de constitut. lib. 6. Bos. in iii. de foro comp. num. 164. & 169. ubi clarissimè de hac materia differit, quem videto, etiam Novel. de jure protim. in princ. constitut. n. 67. ubi Imperatorem non posse aliquid constituere in terris Ecclesiæ asserit, nam intentio mea non est transcribere de charta in papyrus, sed sufficit citasse Doctores, vide gl. in c. 2. de regul. iur. lib. 6. in ver. possessor, Nav. in c. si faneraveris, nu. 106. 14. q. 3.

Ad quartum, vide Tiraq. de utroque retractu, in t. 1. §. 1. num. 34. & infra, ubi videtur tenere partem affirmativam.

## P A T R I A R C H A.

Patriarcha facit crucem deferri ante se ubique, nisi ubi sit summus Pontifex, vel ejus legatus, & est Judex ordinarius omnium suorum Archiepiscoporum, Episcoporum verò, Suffraganeorum vel subditorum eorum non, nisi prout dixi in ver. Archiepiscopus, §. 1. & in ver. appellatio, §. 16. Abb. in c. antiqua, n. 1. & 3. de privilegi.

## P R I V I L E G I U M.

Primo, privilegio suo an possit quis renunciat, & an possit præscribi spatio quadraginta annorum; vide Abb. in c. f. de terra, num. 5. & 7. de privilegi. Ianson. in l. beneficium, f. de constitut. Præcep:

Secundò si perdatur, quomodo probetur, vide eundem in cap. cum olim, il primo, num. 1. eod. tit.

Tertio, quomodo pereant privilegia concessa monasterio, ipso destructo, an sumant vites ipso edificato, & quid de privilegio concessò possessionibus, vel Religioni, vide Innoc. in c. Abbate, in fine, de verb. signific. & Abb. in d. c. Abbate, num. 16. & an evanescat per unam contraventionem, vide eundem in c. pro illorum, de præb. similiter de statuto, & consuetudine, ibid. n. 5.

Quartò, quibus ex causis perdatur, vide glos. & Abb. in cap. suggestum, n. 6. de decim. & Gomel. in c. 1. nu. 205. de reserv. lib. 6. & tract. de relig. casu 149.

Quintò, an, & quando privilegiū extinguitur.

